



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Magna Gloria Antiquæ & Novissimæ Domus  
Schwarzacensis A Magno Sacerdotio Sive Vita & Res  
Præclare Gestæ ... DD. Abbatum Celeberrimi &  
Antiquissimi Monasterii O. S. B. in Münster-Schwartzach**

**Friedrich Karl <Bamberg, Bischof>**

**Wirceburgi, 1743**

Paulus Abbas XLIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64362](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64362)

ribus Monasterium excitavit; religiosorum numerum ad 50. personas auxit, inductâ observantiâ Bursfeldensis congregationis celebris, & ob tot præclarè gesta ab ipsa Sede Apostolica dignus iudicatus, quem insigni Mitræ ornamento coronaret. Obiit anno Domini 1494. 25. Febr.

**MICHAEL ABBAS XLII.**

Successor Martini Michaël Gerlocuriâ oriundus Monasterio nostro anno 1494. præesse cœpit; Campanam magnificam fundi curavit, quam postea unâ cum aliis Monasterii ornamentis rusticorum insurgentium furor injecto igne concremavit: anno administrati officii sui nono, onus hoc, cui diutiùs ferendo ob ætatis jam provectæ infirmitatem se non esse parem ultro fatebatur, deposuit, reliquos Vitæ dies sine negotiorum strepitu in quiete transacturus. Vix annus effluerat, ex quo sibi soli vivere cœpit, vivere desuit, anno Domini 1504.

**PAULUS ABBAS XLIII.**

Festo Conversionis S. Pauli Paulus Patriâ Detelbacensis Abbas inauguratus est anno 1503. cum Cellariam antea magnâ suâ commendatione

F 2

admi-



administrâisset; annus regiminis 2dus Christi  
1505. Vitæ postremus fuit.

### GEORGIUS ABBAS XLIV.

Ab obitu Pauli Abbatis inter Georgium Fretz Priorem, Nicolaum Scholl Cellæ, & Nicolaum Unrufe Culinæ Præfectos, qui pari suffragiorum numero gaudebant, lis exorta fuit, quis e tribus aliis præferendus esset? neque tam facilè dirimenda fuisset illa, nisi Laurentius à Bibra Episc. Wirceb. in quo Conventus omnem spem dirimendæ litis posuerat, hanc rem composuisset, & Georgium Wolffsbach Coriarii Wirceburgensis filium in Monasterio S. Stephani Profesum Abbatem Monasterio imposuisset. Huic Episcopi Wirceburgensis Consilio, licet & inexpectatum & ingratum Schwartzacensibus accideret, contententibus suam mentem non fuisse, ut externus præficeretur; pro sua tamen erga Wirceburgenses Episcopos semper habita reverentia Monasterium nostrum acquievit. Georgius ergo Abbatis insignibus condecoratus gregis sibi commissi curam in se magno animo suscepit, & quæ erat illius dexteritas in administranda re familiari planè